ANNALES
ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS 360. | LIBERII PAP. ANNUS 9. | CONSTANTII IMP. ANNUS 24.

I. Calamitas ingens ex Concilio Conſtantinopolitano.

Sequitur annus Domini ſexageſimus ſupra trecenteſimum, Conſulatu Conſtantii Auguſti decimo, & Juliani Cæſ. tertio adnotatus, haud multo felicior anno ſuperiori: cum agitationibus præteritæ tempeſtatis, Conſtantinopoli tamquam ex alto pelago fluctus impulſi, ſeſe in diverſa littora latius effundere: dum, inquam, quæ in Conſtantinopolitano Concilio ab impiis impie decreta eſſent, edicto Imperatoris, indicta contradicentibus pœna exilii, fuere in omnibus Romani Imperii provinciis promulgata. In hunc ipſum quoque annum Concilium

Ann. Eccl. Tom. V. A

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1113. Olymp. 284. an.4. A. C. 360.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5853.

☉ 5. BA. ☽ 19. P. 23. April. *ſecundum Alexandrinos*; 26. Mart. *ſecundum Latinos*. Indict. 3.

JESU CHRISTI 360.

LIBERII PAPÆ 9.

CONSTANTII IMP. 24.

I. [1] AD num. I. Coſſ. *Conſtantius Aug. X.* & *Julianus Cæſar III.* prior juxta tertiam regulam, poſterior juxta ſecundam, *propter nempe Cæſarei ejus Imperii Quinquennalia, quæ agens apud Viennam Auguſtus jam edidit*, ut affirmat Ammianus initio libri 21.

Coſſ. & Quinquennalia Juliani Cæſaris.

II. *S. Hilarius exilio ſolutus.*

A num. II. ad XV. D. Hieronymus in Chronico ſecundum editionem Pontaci eodem anno Hilarii in Galliam reditum & Conſtantii Imperatoris obitum conſignat. In Opere vero contra Luciferianos tradit, poſt ejuſdem Imperatoris mortem Hilarium reverſum eſſe in Gallias. Quod ita intelligendum videtur, ut Conſtantio vivente, exilio ſolutus fuerit, eo vero mortuo Pictavos pervenerit. Ex quo annus Hilarii emortualis, de quo inter Eruditos controverſia eſt, innoteſcit. Nam cum Sulpicius Severus lib. 2. Hiſt. ſcribat: *Hilarius ſexto anno poſtquam redierat, in pa-*

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantius Aug. X. & Julianus Cæſar III.* Gruterus pag. CCLXXXV. 1. 3. 4. 5. cum FL. CL. JULIANI. IMP. VII. COS. III. Ammianus, lib. XX. cap. 1. *Conſulatu Conſtantii, decies, terque Juliani.* Sozomenus, lib. IV. cap. XXVI. *Conſtantio X. & Juliano Cæſare III. coſſ.* Titulus operis Aurelii Victoris: *Ab Auguſto Octaviano uſque ad Conſulatum decimum Conſtantii Auguſti, & Juliani Cæſaris tertium.* Faſti Idatii, & Proſperi Chronicon: *Conſtantio X. & Juliano III.* Lapis chriſtianus ex Cœmeterio B. Helenæ apud Boldettum, pag. 86. n. 29.

PARENTES. DIONISIO. FILIO. DUL-
CISSIMO. VIX. AN. V. M. VII. D. VIIII. D. P.
XVI. KAL. SEPT. CONSTANTIO. X. COSS. IN. P.

A. ☧ ω
DULCISSIMÆ. FILIÆ. EROTIANETI. VIX. ANN. II. M. VII.
D. XI. DEP. XIIII. KAL. SEP. CONSTANTIO. X. IN PAC.

Laterculus Paſchalis poſt Gennadium de Viris illuſtribus in Codice Vaticano, ita habet ad hunc annum: DOMINIS NOSTRIS, *Conſtantium Auguſtum*, & *Julianum Cæſarem* deſignans.